Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



et ai complera fuit dispersio manus populi sancti complebuntur omnia hec
et ego audiui et non intellexi · et dixi domine mi · quid erit post hec
et ait · Vade daniel · quia clausi sunt signatique sermones usque ad tempus finitum
Eligentur et dealbabuntur et probabuntur multi et
impie agent impii nequaquam intelligent impii · porro docti intelligent
et a tempore cum ablatum fuerit iugiter sacrificium et ponetur abomi
nacio desolationis · dies mille ducenti nonaginta · Beatus qui expec
tat et peruenit ad dies mille trecentos · XXXV · Tu autem daniel
vade ad perfinitum et requiesces · et stabis in sorte tua in fine dierum
Huiusque daniel in hebreo uolumine legitur · Ceterum quia usque ad finem
libri de Theodocionis editione translata sunt · XIII

Erat vir habitans in babilone nomine ioachim et accepit uxorem nomine susanna filia helchie pulcra nimis
et timentes deum · Parentes autem illius cum essent iusti erudie
runt filiam suam in lege moysi · Erat autem ioachim dives valde
Et erat ei pomerium pratum domui suae et ad ipsum confluebant
iudei eo quod esset honorabilior omnium · Et constituti sunt senes duo iu
dices in anno illo de quibus locutus est dominus · quia egressa est iniquitas
de babilone a senioribus iudicibus qui videbantur regere plebem · Isti frequen
tabant domum ioachim · et venientes ad eos omnes qui habebant
iudicia · Cum autem populus recesserit post meridiem ingrediebatur susa
na · et deambulabat in pomerio viri sui · Et videbant eam senes cot
idie ingredientem et deambulantem · Et exarserunt in concupiscentia eius
et euerterunt sensum suum et declinauerunt oculos suos · ut non vi
derent neque recordarentur iudiciorum iustorum · Erant autem ambo
uulnerati amore eius · sed indicauerunt sibi uicissim dolorem suum ·
Erubescebant enim sibi indicare concupiscentiam suam · volentes con
cumbere cum ea · et obseruabant cotidie solicitius uidere eam · Dixerunt
alter ad alterum · Eamus domum quia prandii hora est · Et egressi
recesserunt a se · Cumque reuersi essent · venerunt in unum · et sciscitati
sunt inuicem causam · confessi sunt conuiciam suam · Et tunc
in commune statuerunt tempus quo ea possent inuenire solita · Factum est
autem cum obseruarent die aptum · ingressa est aliquando sicut heri et nudia
tertio cum duabus puellis volens lauari in pomerio · Estus quippe

vrsi
p.
c. 13